Quelle: https://manuscripta.at/?ID=25953
Copyright: Admont, Benediktinerstift



Non diu enim ascendi ad patrem meum. In corde enim nostro ihc
ascendit ad patrem. cum equalis credit patri. Nam quisquis
cum equalem patri non credit. adhuc mei pectoris ad patrem
dnm non ascendit. Ille igitur ihm uerace tangit. qui filium pater coeter
num credit. In corde enim paulli iam ad patrem ihc ascenderat
cum isdem paulus diceb at. qui cum in forma di esset non rapinam
arbitratus est esse se equalem deo. Inde iohs quoq, redemptio
rem nrm manu fidei tetigit qui ait. In principio erat uerbum
et uerbum erat ap dm. et ds erat uerbum. Omia per ipsum facta sunt.
Tangit igitur dnm. qui cum patri eternitate substantiae equalem cre
dit. Si fortasse aliquis tacita questione pulsatur quomodo
filius patri esse equalis possit. Qua mente humana natura
quod admirando comprehendere non ualet. restat ut hoc sit
esse credibile ex admiratione alia scilicet. Habet namq, qd
ad hoc sibi subtilitate respondeat. Constat enim quia ipse
creauit matrem. in cui uirgineo utero ex humanitate cre
atur. Quid igitur mirum. si equalis est pater qui prior est matre.
Paulo quoq, attestante didicimus xpm di uirtutem et di sapi
entiam. Qui igitur filium minorem putat patri specialiter derogat.
cui sapientia et ea inequalem fatetur. Quis etenim homo equa
nimiter ferre si quisquam diceret. magnus quidem es. Si sapientia
tua te minorem. Ipse quoq, dns dicit. Ego et pater unum sumus. Si
rursus ait. Pater maior me est. De quo scriptum est. quia subdi
tus erat parentibus suis. Quid ergo mirum. si ex humanitate
sua minorem se patri asserit in celo. ex qua subiectus etiam
erat parentibus in terra. Ex qua humanitate nec maior dr. Qua